societas. Numę eaz; nemo capit licet aratus falsę iactauerit se oēs stel
las cōnumerasse: mltę nāq; sūt q̄ uisu nō p̄cipiūt. Astronomi uero perses
primi & indi & egyptii ualde conati sūt eas sape & abrachis & thino/
caris ante tēpus Ptolemei: sed solum mille & duas & uiginti notauere
fortasse efficaciores pp̄rietatū naturarūq; q̄s ipse Ptolemeus cōnume/
rat atq; describit: Cui⁹ quātęq; sūt lōgitudinis & latitudinis unaquęq;
ipsaz; nec legi cuiusq; librū q̄ p̄ter has stellas fixas alias denotaret. In ma
gnitudine uero eaz; limitatę sūt sex differētię uel graduatōes: qm̄ quę
splēdidiores & maiores eēt ad primū ordinē referūt & sūt q̄ndecim
nūero: & q̄ ordinis secūdi q̄a min⁹ lucētes atq; minores sūt nūero. xlv. &
tertiū ordinis nūero ducētū & octo: & q̄rti ordinis nūero ducētū. lxxiiii
& q̄nti ordīs nūero ducētū & decē & septē: & sexti ordīs nūero ducētū
& q̄draginta & nouē: p̄ter has sūt q̄nq; q̄ nebule assimulāt: ideo nebule
appellāt: & nouē obscuriores q̄ noiant⁹ tenebrose: quarū una est oblō
ga tāq; cauda. Societas uero seu stellatio est aggregatio duarū uel pluriū
stellaz; fixaz; ad aliquē finē ordinata q̄ cōi noie uocat⁹ imago uel forma
eo q̄ sortit⁹ nomē formę uel imaginē alicuius rei corporeę notę. Nec te
nendū est qui stellarū scientiā adepti fuerūt ipsos credidisse tales figuras
corporeas in celo actū constare aut eoz; formas coloribus tinctas q̄les
narrauerūt. Sed quia cognouerūt a uariis cali partibus uarios consequi
effectus in hac elemētari regione & illas quodāmodo consequi figuras
cōsiles illis ipinxerūt imaginatōib⁹ suis ut discētes attraherēt & idiotas
respuerent intelligētes uero firmarēt diuersimode multiformiterq; ima
ginati sūt. Sed quasdā famosas posteris derelictas in scriptis suis cōme

morabim⁹. Nā chaldei atq; greci po-
steriores p̄scrutatores maximi fuerūt astroꝝ quos moderni tāde imitati
sunt nil penit⁹ adiciētes in numero & esse illaz potissime q̄s aratus &
Ptolemaus scripserūt. Et primo cōuenerūt q̄ q̄draginta & octo sunt
stellationes uel imagines in sphaera octaua: extra q̄s sūt itez stella pluri-
ma q̄ nō dū sub forma sūt limitata q̄s ut ex libris Ptolomai pprie acce-
pimus succicte narrabim⁹ quātū p̄posito satisfacere uiderim⁹. Qui uero
desiderauerit p̄ticularius scire earū stellarū noīa situs ordinēq; ad ipsi⁹
tabulā se cōuertat. Verūtū a uariis natiōib⁹ attributa sunt eis noīa diffe-
rētia atq; diuersa formaꝝ lineatiōes excogitatae sed nec stellationes nec
stellaz loca nec ordinē mutauere Nā eisdē stellis aliq; uulturē: alii aq̄i-
lā assignāt. Et aliis filr stellis quidā Iaculū qdā sagitā accommodāt. Vo-
cauerūt aut̄ has imagines nominib⁹ aialū uel rerū nō animatoꝝ cor-
poreaz: aut q̄a habere uideāt aliquā similitudinē cū re a qua denoiant^r
uti corona quā ex stellis ī circulo cōsistētib⁹ apparet aut eo q̄ pprietatē
habet illi silem uel influētiā sup ipsam rē ut fluuius sup aq̄s Scorpio sup
scorpiones: piscis sup pisces: uirgo sup uirgines ul steriles & reliqua & si
nō cōseq̄tē figura ipsius rei. Duas enī stellis in certa parte cali sitas canē
uocat & certe nulla lineatio cū duab⁹ stellis fieri pōt q̄ formā canis sit
similis: figurā tamen canis illis circūscribūt: ita uariis nominibus uarias
magines lineauere Has & alias expimētatores obseruāt ut dixim⁹ exp-
ta uolētes naturales effect⁹ & efficacias stellaz. Earz uero q̄draginta
& octo imaginū stellaz duodeci sunt p̄cipales quas p̄ signis zodiaci
statuerunt p̄ eas oīs planetā pambulāt. Et licet q̄libet istaz duodeci po-
nat̄ pro uno signo longitudinis. xxx. graduū p̄cise attū imagines ipse
non sūt oēs aq̄les. Nā aliq; earz secūdū partē transcendit latitudinē zo-
diaci: quādā protendit̄ ultra gradus. xxx. alia incurtat̄ infra p̄saratū
numerū signi. Itē ex ipsis sūt q̄ ex plurib⁹ & q̄ ex pauciorib⁹ stellis sūt
manifestabit̄ hoc sit legēdo q̄ iā subscribemus: qm̄ oīum stellaz & for-
mā ipsaz imaginū xlviii. secūdū coēm opinionē exponere nūc itēdi-
mus. Hāc itaq; .M. xxii. i. xlviii. imagines oē cālū p̄meates positi sūt q̄s
gentes fabulose noīant diuersis noīb⁹. Hoc aut̄ ordine secūdū arabes di-
sponūt iter utrūq; polū ex oīb⁹. .M. xxii. stellis fixis. ccc. lx. a uia solis ad
boreā sūptā figuras. xxi. cōstituūt. Ex quib⁹ sūt primo loco & arctos. i.
ursa maior cherice: minor uero cinosura uocat̄ Tertia figura uocat̄ dra-
co medi⁹ iter illas. Quarta flāmiger q̄ cephe⁹ dicit̄. v. cassiopeia. vi. co-

rona. vii. hercules q̄ & nixus dicit̄ & a quibusdā engonasis appellat̄. viii. ledēs olor q̄ uul̄ cadēs dicit̄. ix. pleides siue gallina. x. arthophilax siue boetes quā arabes pastore uocat̄ solet etiā arctur⁹ uocari. Sed & urfos arctos nōnulli appellāt. xi. perseus cū capite gorgonis. xii. auriga siue agitator. xiii. anguitenēs quā greci ophnicū dicūt. xiiii. ipse anguis. xv. Sagieta q̄ & iaculū. xvi. aqla q̄ etiā uul̄ uolās dicit̄. xvii. delphin. xviii. equ⁹ prim⁹. xix. equus secundus. xx. andromeda. xxi. deltatō triāgul⁹. Stellae uero. ccc. xlvi. in ipsa uia solis. xii. signa zodiaci cōstituūt. Reliquae. ccc. xvi. ad austr̄ segregatae. xv. figuras pficiūt. Quae prima ē magnus cet⁹. Secūda gladio succinctus orion. Tertia nili uel eridani fluius. Quarta lepus. v. canis maior. vi. canis minor siue canicula. vii. argos nauis. viii. ara. ix. crater. x. appollineus cornus. xi. chyron siue cētaurus. xii. hidra. xiii. thuribulū. xiiii. australe fertū. xv. piscis australis.

QUAE SIGNA QUIBUS CIRCVLIS DIVIDANTVR.

Arcticus circulus secat caput draconis pectus cephei pedes ursae maioris sedile cassiopeie & pedes eius dextra genu herculis & manū boetis sinistra. Aestiuus itersecat capita geminorū agitatoris genua persei crus & humerū sinistrū andromedā a pectore & manu sinistra: ita q̄ caput eius cū pectore & manu dextra sit iter aestiuū & arcticū. Itē pedes pegasi & caput signi ophnici humeros & uirginis caput p̄pe tagēs: q̄ scilicet uirgo cōstituta ē inter hūc & equinoctiale leo a pectore usq̄ ad lūbos inter hūc & arcticū reliquū crus iter hūc & equinoctiale. Itē totū cācrū i lōgitudine secat p̄ mediū æquinoctialis itersecat oēs pedes arietis genua tauri orionē p̄cingēs tertiā ptē hydræ craterā cornū: librā etiā tangit genua ophnici sinistra alā aquilæ & caput equi pegasi cū cernice sua. Hie malis capricornū mediū diuidit & pedes aq̄rii & caudā pistricis & pedes leporis & pedes canis maioris puppi nauis cētauri humeros acumē quoq̄ caudā scorpionis & arcū sagittarii. Antarctic⁹ secat fundū nauis pedes cētauri posteriores fere tagēs priores basim aræ & extremū heridani fluuii. Galaxia primo transit p̄ sinistra alā cigni p̄ sinistra manū persei sinistrū humerū agitatoris & manus eius genua geminorū pedes canis minoris ibi transiens equinoctialem tangit sūmitatem mali in nauis & inde reuertens tangit & itersecat genua centauri & acumē caudæ scorpionis & arcum sagittarii medium pertransiens pennas aquilæ & inde reuertitur ad principiū scilicet ad sinistram alam cigni.

Colurus æquinoctialis ab ipso signo arietis inchoatus & uersus polū
arcticū ptēsus cōtingit ultimū deltotes angulū sūmū q̄ caput persei dex/
trū eius brachiū & manū secās p̄ arcticū circulū uenit ad polū inde p̄ cau/
dā draconis ad sinistrā boetis dextrā uirginis tāgit pedē: finit p̄ dexterā
manū centauri q̄ hostiā tenet: per corpus ceti p̄ ceruicē canis ad princi/
piū redit suū. Colurus solstitialis a cæcro incipiēs ad sinistrā ex prio/
ribꝫ maioris ursæ pedē p̄ pectus eius ac ceruicē uenit ad polū: inde p̄ du/
ues minoris ursæ p̄ draconē ad sinistrā alā cigni ceruicēq; ductus ultimā
sagittæ spiculū & rostrū aqlæ tangit in capricornū descēdēs cōsurgit in/
fra argonē cuius gubernaculū & puppim secās ad primū redit: Vt autē
p̄dictorꝫ imaginū facilius habeat cognitio: ipsas inferius sub sensu de/
scripsimus secūdū traditionē maiorꝫ. Hac igit̄ est forma siderū sicut no/
bis reliqrūt antiq̄ astronomi. Aries in cōiūctione zodiaci & æquato/
ris est positus dorsū habet ad boreā caput eius cōuertit̄ ad ortū cui sup/
ponit̄ deltos: orit̄ a capite sed pedibus occidit. Taurus ecōtra caput
habet occidētale depressū quasi ad terrā defletere uideatur: Hic auersus
orit̄ & occidit. Gemini habēt capita ad boreā iūctisq; dorsis hincin/
de mēbra distendūt ipsi inuicē ut cōplexi se mutuo tenēt. Oriunt̄ ut̄ a/
cētes seu inclinati: occidūt uero a pedibus. Cancer respiciens leonem
pedes porrigit uersus polū utrūq; & uēter eius respicit terrā: orit̄ autē &
occidit a posteriore corporis pte. Leo respiciēs cancrū dorsū ad bo/
reā habet: oritur & occidit a capite. Virgo caput habet post leonē &
dextera manu tangit circulum æquinoctialem quæ & spicas tenet: ori/
tur & occidit a capite. Chele siue libra quæ est prima pars scorpionis
est borealis eclipticæ & habet duas lances quarū una dicitur australis &
altera borealis. Scorpio respiciēs uirginē pedes porrigit uersus polū
utrūq; & caudā reflectit uersus boreā & uenter respicit terrā: oritur re/
ctus sed occidit corpore curuato. Sagittarius caput habet uersus bo/
reā respicit scorpionē porrigēs sagittā & arcū: & arcus tangit manū si/
nistrā & pedē sinistrū: hic rectus oritur & p̄ceps occidit. Capricor/
nus habet dorsū uersus boreā & caput uersus sagittariū sed cōuersū uer/
sus aquariū: orit̄ directus sed occidit p̄ceps. Aquarius caput habet
uersus boreā: manū sinistrā extēdit supra dorsū capricorni & dextra ef/
fundit aquā urna: quæ usq; ad imaginē pisciū decurrit: & tendit ad or/
tū: qui cū ita figurat̄ necesse est eū corpore inclinatū uideri: orit̄ & occi

dit c
lis &
spici
uine
cide
V
tē &
V
zod
dēs
He
genū
mit:
leua
strū
Orit
bris
prie
Arto
nistr
ginē
culis
xtra
spici
siue
ad or
Cū c
cula
ros:
tur.
culē
pion
sup
oph

dit caput prius ceteris mēbris. Pisces sunt duo: dorsū primi est borea
lis & dorsū secūdi est uersus brachiū andromedæ occidentale: & unus re
spicit aq̄riū: & alter boreā. Estq; cōmissura .i. lineola q̄dā q̄ q̄si quodā
uinculo alligant inter caudas amboꝝ: inferior prim⁹ uidet oriri & oc
cidere. SEQUŪTVR FIGVRÆ SEPTENTRIONALES.

Ursa minor q̄ secūdū nostrū sitū tot⁹ apparet: habet caput ad occide
tē & uētrē uersus polū zodiaci: & habet polū arcticum in femore eius.

Ursa maior modo ecōuerso se habet ad orientē & dorsū uersus polū
zodiaci. Draco facit duos nodos reflexionū circa polū zodiaci diui
dēs cū cauda duas ursas dirigēs caudā ad orientē & caput ad occidentē

Hercules ponit inter duos circulos arcticū & æstiuū utrisq; pedibꝝ &
genu: unde & ingeniculo stare dicitur sinistro pede caput draconis præ
imit: humeris & manu dextra erectus qua & clauū tenet æstiuū: sustinēs
leua cū pelle leonis medio interuallo inter æstiuū circulum & genu sini
strū extendens: brachiaq; hinc inde tendens respicit faciem serpentariū.

Oritur libra surgente quantū ad pedē eius dextrā: deinde reliquis mem
bris scōpione oriēte p̄ter manū, sinistrā q̄ orit cū sagictario: Occidit autē
prius a capite q̄si pendēs pedibus ex circulo arctico & hoc leone surgēte

Artophilax siue Boetes hic post tergū maioris ursæ uidet hui⁹ manus si
nistra se habet ita ut apud nos nec orit nec occidit: pedes dirigit sup uir
ginē & hincinde extēdēs brachia ī duo: tenens caput sub pede dextro her
culis respicit ursam maiorē: habens uelamen pudendoz: & ī manu de

xtra q̄si y grecā litterā truiā secūdū mores uitæ humanæ. Sertpenari⁹ re
spicit faciē hercul & dirigit pedes sup scorpionē: tenetq; manibus anguē
siue serpētē: & q̄si ipso angue cinct⁹ figurat. Cui⁹ serpētis caput dirigit

ad oriētē ad partē sinistrā serpētariū: sed cauda hñs reflexionē seq̄t retro
Cū cauda aqlæ orit cū scorpione & sagictario: occidit autē usq; ad geni
cula dū gemini oriūt: dū uero surgit cācer occidit a genibꝝ usq; ad hume
ros: & serpēs quē tenet descēdet usq; ad fauces: cū ortu uero leonis cōple
tur. Corona inter sinistrū humez boetis & calcē dextri pedis & her
culē posita capiti serpentis qd̄ tenet ophnicus appropinquat. Cū scor
pione oritur: occidit autē orientibꝝ cancro & leone. Sagi&ta sub cigno
sup signū aquilæ collocata acūmē eius ad pedes altera pars ad humeros
ophnici tendit: oritur cū capricorno: occidit autem uirgine ascendēte.

Aquila uentrē habet uersus cælū ad boreā & faciē uersus delphinū: si-
nistrā alā nō longe a capite ophnici: oritur cū capricorno: occidit autē
surgēte leone. Delphinus habet caput ad boreā & caudā ad austrū: &
dorsū ad aquilā: Oritur cū posteriore parte sagittarii: occidit autē a capi-
te dū uirgo surgit: Pleiades siue galliua expansis alis & pedib⁹ utrinq;
habet caput in signo capricorni & cauda finit in signo pisciū & ei⁹ uen-
ter respicit terram. Lyra orphaica posita est inter leuū crus & manum
sinistrā herculis cuius ipsa testudo circulū arcticū spectat: cacumen uero
ad æstiuū circulū cōscendere uidetur: Oritur cū sagittario: occidit autē
uirgine ascendēte. Equus duplex uterq; uentrē habet borealē & i dor-
so secundi equi qui & pegasus dicitur supereminet ala. i. depingitur cor-
pus habens usq; ad umbilicū deformatū: unde & pedes posteriores nō
habet: & stella huius sequētis: est etiā andromeda: caput: oritur cū aqua-
rio: occidit cū pisce priore qui sup tergū ei⁹ situs est. Andromeda habet
caput i equo alato q; ei supposit⁹ est ligatū i scita & dirigit man⁹ utrinq;
Oritur pars dextera eius cū piscibus: sinistra cū ariete: occidit aut prius
capite q; ceteris membris: & hoc cū pisce qui sub brachiis ei⁹ iacet oriē-
tibus uidelicet libra & scorpione. Cepheus habet caput i ariete & por-
rigens utrinq; membra: ponit pedes i tauro existens iuxta draconē: &
habet in capite pileū & arctico includit circulo: ita ut pter humeros &
caput eius nihil occidat. Oritur caput eius cū humeris sagittarii ascēde-
tibus: occidit autem scorpione surgente. Cassiopeia sedet in cathedra
& inclinata facie & corpore respicit austrū & habet caput in signo arie-
tis & pedes in signo tauri: oritur cum sagittario occidit resupinato cor-
pore scorpione surgente. Perseus habet caput ad boream & hinc in-
de dirigēs membra dirigit pedes ad austrū: & ad latus eius sinistrū est
caput gorgonis quod sinistra manu tenet respiciens terram habēs uer-
ticem borealē subtus sinistro femore pleiades apparēt: dextro pede ca-
put aurigæ premit: Oritur rectus quia caput ei⁹ usq; ad aluū arietis sur-
gentem ascendit: occidit autem inclinatus ad caput oriente capricor-
no & sagittario: huius caput & gladio sunt sine siderib⁹. Erictoni⁹
siue auriga qui & agitator siue custos caprarum imo & hircus hic ut lo-
ram tenens figuratur iuxta leuū latus geminorū est in tauro: & habet
caput ad boream & sparsis hinc inde membris tangit cum pede dextro

corn
bore
C
in p
trem
habe
man
tram
& er
nis i
signo
min
Ca
Ca
uent
dum
signo
canc
austr
cum
sus c
rius e
bore
uersu
ctari
eiusc
sider
fitū i
hign
rotū
cida
reliq
cimu
stis t
luna

cornu tauri boreali ut sit uterq; stella cōmunis: & hæc sūt omnia sidera borealia decem & octo. Figura Australis.

Cetus siue pisatrix in parte australi: habet caput in tauro: & caudam in piscibus & rostro suo sere posteriorem partem arietis tangit: & uentrem habet ad austrum & pectus eius est iuxta fluuiū eridani. Orion habet caput ad boream & sparsim hinc iude membris eleuat brachia manu dextra clauā tenens cum tauro decertare uideatur & tenet pharetram manu sinistra accinctusq; ense: habet stellā cōmunē pedis sinistri & eridani fluuii. Itaq; eridanus fluuius incipiens a pede sinistra orionis in signo geminorum uadit ad pectus ceti in ariete: & reflectitur in signo arietis: Lep^o existēs in signo geminorū caput habet i principio geminorū & caudā in fine & uentrē australe sinistrū pedē orionis fugiens.


Canis maior siue australis caput habet ad boreā & uentrē uersus leporē

Canis minor siue septentrionalis iter geminos & taurū cōstitut^o: habet uentrem ad austrū & caput uersus principiū cancri. Nauis argus sumdum habet ad austrū & puppim in signo cancri & desinit imperfecta in signo uirginis & maioris canis caudā tangit. Hydra habens caput in cancro: finit cauda in libra & habet reflexionē in collo: uentrem habet australem & fert ciphum in dorso super primā curuaturā. Coruū etiā cum duobus alis erectis dorso incumbētē sustinet: cuius caput est uersus caput hydre. Centaurus describitur antierius hō cū clipeo & posterius equus hostiā dextra manu tenet quæ pantera dicitur & habet caput boreale & uentrē uersus signū libræ respiciēs lupū: Lup^o habet uentrē uersus centaurū & caput australe. Ara siue focus existens in signo sagittarii habet ignē in parte occidentali: cuius flāma ascendit supra flumē eiusdē uersus austrū. Et hæc sunt signa australia. xiiii. Sūt itaq; omnia sidera cali. xlviij. secundū modū antiquorū. Numerū autem stellarū & sitū in earum imaginibus ex tabulis ad hoc ordinatis ut alphontii & ex hignio facile cognosces. Et scito qd stella ē pars densior sui orbis figuræ rotundæ: & ideo lucet sicut diaphanū condensatū: & galaxia est pars lucida magis inter partes sui orbis: etiam sicut i stellis quasi densior est qm reliquæ partes. Sic quoq; partes lunæ non sunt uniformiter lucidæ. Dicimusq; qd non apparent nobis umbræ per lucem alicui^o corporis cælestis tantū qm p corpora quæ sunt magis lucifera cunctis cælestib^o: scilicet lunæ ueneris & solis.

CAPITVLVM TERTIVM DE ORTV ET OCCASV
signorū: de diuersitate dierū & noctiū: & de diuersitate climatū.



Ignorū autē ortus & occasus dupliciter accipiunt: quā quātū ad poetas: & quātū ad astronomos. Est igitur ortus & occasus signorum quo ad poetas triplex. scilicet cosmicus: chronicus & eliacus. Cosmicus enim ortus siue mudanus est: quā si gnū uel stella supra horizontē ex parte orientis de die ascendit. Et licet in quolibet die artificiali sex signa sic oriātur: tū astronomice signū illud dicitur cosmice oriri cū quo & i quo sol mane oritur. Et hūc ortus proprius & principalis & quotidianus dicitur. De hoc ortu exemplū in georgicis habetur: ubi docetur satio fabarū & milii in uere sole existēte in tauro sic. Candidus auratis aperit cū cornibus annū. Taurus & aduerso cedēs canis occidit astro. Occasus uero cosmicus est respectu oppositionis. scilicet quā sol oritur cū aliquo signo: cuius signi oppositū occidit cosmice. De hoc occasu dicitur in georgicis: ubi docetur satio frumētū in fine autūni sole existēte in scorpione. qui cū oriatur cū sole taurus si gni eius oppositū nbi sūt pleiades occidit: sic. Ante tibi eoe atlātidēs abscondāt. Debita: quā sulcis cōmittas semina. Chronicus ortus: siue temporalis est quādo signū uel stella post solis occasū supra horizontē ex parte orientis emerget chronice scilicet de nocte: & dicitur temporalis: quia tēpus matematicorū nascitur cū solis occasu. De hoc ortu habem⁹ in Ouidio de ponto: ubi cōquerit morā exiliū sui dicens: Quattuor autūnos pleias orta facit. Significans per quattuor autūnos quadraginta quattuor ānos trāsisse postquā missus erat in exiliū. Sed Virgilius uoluit in autūno pleiades occidere: ergo cōtrarii uideēt. Sed ratio huius est quod secūdu Virgiliū occidūt cosmice. Secūdu Ouidiū oriūtur chronice: quod bene pōt cōtingere eodē die. Sed differenter tamē quia cosmicus occasus est respectu temporis ma




tutini
sus est
falicas
stella
solis p
Iā leui
fracq
uideba
signū
Huius
canis o
Sec
in sph
noctia
equal
facit a
bus ho
fiones
to aliq
tur: ta
in suo
sex sig
breui
in noc
tus ul
aliud ē
alis or
orient
rizont
lis occi
gno oc
occasu
noctia

tutini. Chronicus uero ortus respectu uespertini est. Chronicus occasus est respectu oppositionis. Vnde lucanus sic inquit. Tunc nox thesalicas urgebat parua sagittas. Eliacus ortus siue solaris: est quoniam signum uel stella uideri potest per elongationem solis ab illo: quod prius uideri non poterat solis propinquitate. Exemplum huius ponit Ouidius in libro de fastis sic Iam leuis obliqua subsedit aquarius urna. Et Virgilius in georgicis Gnostraq; ardentis descendit stella coronæ. Quæ iuxta scorpionem existens non uidebatur: dum sol erat in scorpione. Occasus eliacus est quando sol ad signum accedit: & illud sua presentia & luminositate uideri non permittit. Huius exemplum est in uerbu præmissis scilicet. Taurus & aduerso cedens canis occidit astro.

DE ORTV ET OCCASV SIGNORVM


Secundum astrologos. Sequitur de ortu & occasu signorum prout sumunt astronomi: & prius in sphaera recta. Sciendum est quod tam in sphaera recta quam obliqua ascendit æquinoctialis circulus semper uniformiter: scilicet in temporibus æqualibus æquales arcus ascendunt. Motus enim cæli uniformis est: & angulus quem facit æquinoctialis cum horizonte, obliquo non diuersificatur in aliquibus horis. Partes uero zodiaci non de necessitate habent æquales ascensiones in utraque sphaera: quia quanto aliqua zodiaci pars rectius oritur: tanto plus temporis ponitur in suo ortu. Huius signum est: quia sex signa oriuntur in longa uel in breui die artificiali: similiter & in nocte. Notandum igitur quod ortus uel occasus alicuius signi nihil aliud est quam illam partem æquinoctialis oriri quæ oritur cum illo signo oriente: uel ascendente supra horizontem uel illam partem æquinoctialis occidere quam occidit cum altero signo occidente: id est tendente ad occasum sub horizonte. Signum autem recte oriri dicitur cum quo maior pars æquinoctialis oritur: obliquum uero cum quo minor. Similiter etiam intelligendum est



de occasu. Et est sciendum quod in sphaera recta quarta zodiaci inchoata quatuor punctis: duobus scilicet solstitialibus & duobus æquinoctialibus ad æquā / tur suis ascensionibus. Id est quātū tēporis cōsumit quarta zodiaci in suo ortu: in tanto tēpore quarta æquinoctialis illi cōterminalis perorit: sed tū partes illarū quartage uariant. neque habent æquales ascensiones: sicut iam patebit. Est enī regula: quilibet duo arcus zodiaci æquales & æqualiter distantes ab aliquo quattuor punctōrum iam dictōrum æquales habent ascensiones. Et ex hoc sequitur quod signa opposita æquales habent ascensiones. Et hoc est quod dicit Lucanus loquens de processu Catonis in Libyam uersus æquinoctiale Non obliqua meant: nec tauro rectior exit Scorpius: aut aries donat sua tempora librae: Aut aestrea iubet lentos descendere pisces. Par geminis chiron: & idē quod charcinus ardens. Humidus agloceros: nec plus leo tollitur urna. Hic dicit lucanus quod existentibus sub æquinoctiali signa opposita æquales habent ascensiones & occasū. Oppositio autē signōrum habetur per hūc uersū. Est li. ari. scor. tau. sa. gemi. capri. can. a. le. pis. uir. Et notādū quod nō ualet talis argumētatio. Isti duo arcus sūt æquales: & si incipiūt oriri: & si maior oritur de uno quā de reliquo: ergo ille arcus citius peroriet cuius maior pars se orientatur. Instantia huius argumentationis manifesta est in partibus prædictarū quartarū. Si enim sumatur quarta pars zodiaci: quae est a principio arietis usque ad finem geminorū: semper maior pars oritur de quarta zodiaci quae de quarta æquinoctialis sibi conterminali: & tamē illarū duarū quartarū simul poriuntur. Idem intellige de quarta zodiaci quae est a principio librae usque in finem sagittarii. Item si sumatur quarta zodiaci quae est a principio cancri usque in finem uirginis: semper maior pars oritur de quarta æquinoctialis quae de quarta zodiaci illi conterminali: & tamē illarū duarū quartarū simul peroriuntur. Idē intellige de quarta zodiaci quae est a primo puncto capricorni usque in finem piscium. In sphaera autē obliqua siue decliui duae medietates zodiaci ad æquātur suis ascensionibus Medietates dico quae sumuntur a duobus punctis æquinoctialibus: quia medietas zodiaci: quae est a principio arietis usque in finem uirginis oritur cum medietate æquinoctialis sibi conterminali. Similiter alia medietas zodiaci oritur cum reliqua medietate æquinoctialis. Partes autē illarū medietatū uariant secundū suas ascensiones: quoniam in illa medietate zodiaci: quae est a principio arietis usque in finem uirginis semper maior pars oritur de zodiaco quae de

æquin
tingit
nem p
& tan
manu
cedūt
nes su
tur de
sphaer
in spha
tanta
pater
fione
ita si
ditio
mino
est i s
duo
æqua
punct
les ha
dictis
rales
natur
lis cir
diaci
pertr
mam
lorū
tet p
quā in
natur
causa
causa
tis o


æquinoctiali: & tamē ille medietates simul peroriuntur. E conuerso con-
 tingit in reliqua medietate zodiaci: quæ est a principio libræ usq; ad fi-
 nem pisciū: semper enī maior pars oritur de æquinoctiali q̄ de zodiaco
 & tamē illæ medietates simul peroriūtur. Vnde hic patet instantia facta
 manifestior contra argumentationē superius dictā. Arcus autē qui suc-
 cedūt arieti usq; ad finem uirginis in sphaera obliqua minuūt ascensio-
 nes suas supra ascensiones eorūde arcuū in sphaera recta: quia minus ori-
 tur de æquinoctiali. Et arcus qui succedunt libræ usq; ad finē piscium in
 sphaera obliqua augent ascensiones suas supra ascensiones eorūde arcuū
 in sphaera recta: quia plus oritur de æquinoctiali. Augent dico secundū
 tantam quantitatem in quanta arcus succedētes arieti minuūt. Ex hoc
 patet q̄ duo arcus æquales & oppositi in sphaera decliui habent ascen-
 siones suas iunctas æquales ascensionibus eorūde arcuū in sphaera re-
 cta simul sumptis: quia quanta est diminutio ex una parte: tanta est ad-
 ditio ex altera. Licet enim arcus inter se sint æquales: tñ quantum unus
 minor est tantum recuperat alius. & sic patet adæquatio. Regula quidē
 est i sphaera obliqua q̄ quilibet
 duo arcus zodiaci æquales &
 æqualiter distantes ab alterutro
 punctōrū æquinoctialiū æqua-
 les habent ascensiones. Ex præ-
 dictis etiam patet q̄ dies natu-
 rales sūt i æquales. Est enim dies
 naturalis reuolutio æquinoctia-
 lis circa terrā semel cū tanta zo-
 diaci parte quanta interim sol
 pertrāsit motu pprio contra fir-
 mamentū. Sed cū ascensiones il-
 lorū arcuū sint inæquales: ut pa-
 tet p̄ p̄dicta tam in sphaera recta
 q̄ in obliqua: & penes additamēta illarū ascensionū considerent: dies
 naturales illi de necessitate erūt inæquales. In sphaera recta p̄pter unicā
 causā. s. p̄pter obliquitatē zodiaci. In sphaera uero obliqua p̄pter duas
 causas scilicet propter obliquitatem zodiaci: & obliquitatem horizō-
 tis obliqui. Tertia solet assignari causa eccentricitas circuli solis.



Notandū etiam q̄ sol tendens a primo puncto capricorni per arietem usq; ad primū punctū cancri: raptu firmamenti describit. clxxxii. parallelos: qui etiam paralleli: & si non omnino sint circuli sed spiræ cū tamen non sit in hoc error: sensibilis: in hoc uis non constituatur: si circuli appellentur: de numero quorū circulorū sunt duo tropici: & unus æquinoctialis: Item iam dictos circulos describit sol raptu firmamenti descendens a primo puncto Cancrī per libram usq; ad primū punctū capricorni. Et isti circuli dierum naturalium circuli appellantur. Arcus autem qui sunt supra horizontem sunt arcus dierum artificialium. Arcus uero q̄ sūt sub horizonte sūt arc⁹ noctiū. In sphaera' igit̄ recta cū horizon sphaeræ rectæ transeat per polos mūdi: diuidit oēs circulos istos in ptes æquales. Vnde tanti sūt arc⁹ dierū. quanti sunt arc⁹ noctiū a pud existētes sub æquinoctiali. Vnde patet q̄ existentib; sub æquinoctiali i quacumq; parte firmamenti sit sol est semper æquinoctium. In sphaera autē decliui horizon obliquus diuidit solum æquinoctialem in duas partes æquales. Vnde quando sol est in alterutro punctorū æquinoctialiū. tūc arcus diei æquatur arcui noctis: & est æquinoctiū in uniuersa terra. Oēs uero alios circulos diuidit horizon obliquus in partes inæquales: ita q̄ in omnibus circulis qui sūt ab æquinoctiali usq; ad tropicum cancri: & in ipso tropico cancri maior est arcus diei q̄ noctis. id est arcus super horizontem q̄ sub horizonte. Vnde in toto tempore quo sol mouetur a principio arietis per cancrū usq; in finem uirginis maiorantur dies supra noctes: & tanto plus quanto magis accedit sol ad cancrum: & tanto minus quanto magis recedit. Econuerso autem se habet de diebus & noctibus: dū sol est in signis australibus. In omnibus aliis circulis quos sol describit inter æquinoctialem & tropicum capricorni maior est circulus sub horizonte & minor supra: unde arcus diei ē minor q̄ arcus noctis. Et secundum proportionem arcuum minorantur dies supra noctes. & quanto circuli sunt propinquiores tropico hyemali tanto magis minorantur dies. Vnde uidet̄ q̄ si sumat̄ duo circuli æquidistantes ab æquinoctiali ex diuersis partibus quant⁹ est arc⁹ diei in uno tant⁹ ē arc⁹ noctis in reliquo. Ex hoc sequi uidetur q̄ si duo dies naturales sumant̄ in anno æqualiter remoti ab alterutro æquinoctiorū in oppositis partibus quanta est dies artificialis unius: tanta est nox dierius: & econuerso. Sed hoc est quantum ad uulgi sensibilitatem in horizontis fixatione.

Ra
dia
pra
sep
tan
no
q̄ su
in h
sua
ma
fun
usq;
fig
ista
Re
caci
fig
ma
unt
uer
pri
de
æq
que
fit
lix
sit
tifi
ali
pte
ra
cte
acc
gio

Ratio enim p̄ ademptionem solis contra firmamētū in obliquitate zodiaci uerius diiudicat. Quanto quidem polus mūdi magis eleuatur supra horizontem tanto maiores sunt dies aestatis quādo sol est in signis septentrionalibus. Sed est econuerso quando est in signis australibus: tanto enī magis minorant̄ dies supra noctes. Notandū etiam q̄ sex signa q̄ sunt a principio cancri per librā usq; in sinem sagittarii habēt ascensiones suas in sphaera obliqua simul iunctas maiores ascensionibus sex signorū q̄ sunt a principio capricorni per arietē usq; ad finem geminorū. Vnde illa sex signa prius dicta dicuntur recte oriri. ista uero sex oblique. Vnde Virgilius Recta meant: obliqua cadunt a fidere cācri. Donec finitur chiron: sed cetera



signa. Nascitur prono: descendunt tramite recto. Et quando est nobis maxima dies in aestate scilicet sole existente in principio cancri: tunc oriuntur de die sex signa directe orientia: de nocte aut̄ sex oblique. Econuerso quando nobis est minimus dies in anno scilicet sole existente in principio capricorni: tunc de die oriuntur sex signa oblique orientia: de nocte uero sex directe. Quando autem sol est in alterutro punctorū æquinocialiū: tunc de die oriūtur tria signa directe orientia: & tria oblique & de nocte similiter. Est enim regula: quantūcūq; breuis uel prolixa sit dies uel nox sex signa oriuntur de die & sex de nocte: nec propter prolixitatem uel breuitatem diei uel noctis plura uel pauciora signa oriunt̄ sit spacium temporis in quo medietas signi peroritur: in qualibet die artificiali: similiter & in nocte sunt .xii. horæ naturales. In omnibus autē aliis circulis qui sunt a latere æquinocialis: uel ex parte australi uel septentrionali: maiorantur uel minorantur dies uel noctes secundū q̄ plura uel pauciora de signis directe orientibus: uel oblique de die uel de nocte oriuntur.


DE FIGVRA CAELI.

Cum enim signifer ad motū primi mobilis oī die naturali circūferat̄ accedit ut in oī puncto tēporis eiusdē figura cæli cōmutet̄ in qualibet regione habitabili cuius dies nō trāscendet spacium uiginti & quatuor ho-

rarū. Necessariū enī ē sicut cōtinuo alius & alius pūctus eclipticæ oris
ita alius & alius pūctus eius occidit: & alius & alius sit i circulo meridi
ano: & alius & alius in eodē sub terra. Similiter necessariū est de pūctis
æquoc̄tialis celi: & iā dictū ē i tertio hui⁹ q̄ horizō & circul⁹ meridian⁹
simul diuidūt eclipticā & equatorē in q̄ttuor quartas: & nouisti q̄ una
quæq; quarta circuli est nonaginta graduū: erit ergo in pposito medie
tas zodiaci & similiter æquatoris super horizontē & medietas infra: &
uocari solent cardines & anguli pūctā zodiaci quæ sunt principia ista
rū quattuor quartarū Vnaquēq; earū quartæ æquoc̄tialis circuli diui
di uolūt in tres partes æquales: & erit, qualibet graduū triginta: eruntq;
partes i toto duodecim: quib⁹ duodecim partes zodiaci correspondēt.
Et ista quæ signifero accidūt uariis & pluribus a diuersis expositoribus
uocata sunt noīb⁹ ut imagines: domicilia: habitacula: turres: burges:
partes: hospitia: receptacula loca mansiones: castra & domus duodeci
in figura reuolutionis celi. Sed post Ptolomæū cōmunis consuetudo ē
appellare eos domos & ita nos uocabimus. Verūtamen diuisio ipsarū
tripharia legit⁹ in antiquis libris: & si omnes sapiētes i hoc cōueniri uī
deantur: quoniā imaginati sunt sex circulos magnos super duo pūctā
opposita se se secātes: quorū cōmunis diameter tēdit ab austro uersus se
ptentrionē procedere per pūctā duodecim diuisionis præfata in æqui
noc̄tiali unūquēq; per duo pūctā opposita ac totum calū: imo & totā
mundi machinā in duodecim partes distinguere: ita quicquid est in mū
do in aliqua istarū duodecim partiū uel domorū esse concludit⁹. Sed
aliqui extrema ipsius diametri super quæ ipsi sex circuli se secant putaue
rūt esse polos zodiaci. Alii uero de quorū numero fuerit abraā uene
ris subtilis astronomus: qui in plurib⁹ uidetur aduersari Ptolomæo: cre
diderūt esse duo pūctā in quib⁹ se secant horizon & meridianus: & hæ
due opinionones cōmuniter nō tenent⁹. Alii fuerunt ut Ptolomæus & plu
rimi philosophorū qui dicūt ea pūctā esse polos mundi super quos pri
mus & regularis motus fit qui uarietatū ipsoꝝ domorum causa potissi
ma existit: Hanc opinionē credimus atq; moderni obseruant. Et in hoc
casu circulus horizon ut arbitrabat⁹ abraā nō est semp unus ex sex circu
lis cū non sit semp horizon rectus: sed ut plurimū obliquus. Et si bñ no
taueris hos circulos diuidentes non inuenies semp præfatas duodecim
partes zodiaci æquales esse sed solum opposita sibi inuicē æquari: imo
nec eclipticā in quattuor q̄rtas diuidi uti æquinoctialis nisi certa hora


diei
te: f
hor
alian
rum
re de
ab o
scan
succ
ad a
xta d
dinē
ad p
natur
latur
medi
septi
occid
hæc e
deter
cima
per e
angu
diei &
Et cō
cund
gulo
na &
decim
unt u
diū:
pe uo
spōd
rū in
cōsid

diei ut quādo principia arietis & librae decimae sphaerae fuerint i horizonto: Hec est sententia sapientū ad quā multi nō aduertant. Obliquitas enī horizontis est magna causa ut tales inæqualitates domoꝝ contingāt & aliam rationē intellexisti in libro tertio huius cū de ascensionibus signorum loquutū fuit. Postq̄ ergo diuisus est zodiacus i partes duodecim scire debes q̄ illa uocat prima domus cui⁹ initiū incipit oriri & appellat̄ ab oib⁹ horoscop⁹ ul' ascēdens eo q̄ de inferiori ad supius hemisphaerū scandit: & dicitur etiam angulus & cardo & cuspis orientalis. Et quæ succedit ei sub horizonte est secunda domus: post hunc tertia sequitur q̄ ad angulū noctis finit̄: de hinc sequitur quarta domus & quinta & sexta & reliquæ secūdu hunc ordinē usq̄ ad duodecimā quæ ad principium orientis terminatur. Et quarta earum appellatur cardo & angul⁹ & cuspis medie noctis & imū cali: & septima āgul⁹ cardo & cuspis occidentalis atq̄ descēdens: nā hæc ex opposito respicit ascēdem & occidere incipit. Decima uero cuius principū semper est in meridiano dicitur angulus cardo & cuspis meridiei & angulo noctis obicit̄. Et cōsuetudo cōis ē domos secundā quintā octauā & undecimā quæ sequūt̄ præfatos quattuor angulos uocare succedentes: & ultimas quattuor quæ sunt tertia sexta nona & duodecima appellare cadentes: Sed quia ipsi planetæ in istis duodecim domibus sicut in signis secundū q̄ de signo in signū uadunt capiunt uel perdunt uires & significationes quasda super hunc mundū mediū: secundū q̄ unusquisq̄ in esse suo dispositus reperit̄. Nō minus q̄pe uolentes futura prædicere per artem astrorum: aut interrogantib⁹ respōdere & dubia illucidare: siue aliqd de nouo inchoare ul' experimētō rū imagines efficere huiusmodi q̄ ad ipsi⁹ artis effectū ptinere putarūt: cōsiderant hanc domoꝝ dispositionē siue figurā cali contingētē & esse



planetarū & stellarum fixarum in eaq; signa zodiaci & esse illorum in eisdem: Nec uidetur posse aliquid perficere astrologus qui figuram domorum ad horam non exerit examinaueritq;. Vna quidē ex clauibus esse uidetur & radix sciētiae astrorū: in natiuitatibus: in egritudinib⁹: in statibus regnorū uel principum: in fabricis: in bellis componēdis: in negociationibus & in alijs reuolutionibus temporū faciendarū rerū atq; principiis in quibus terapentica uel experiētia astronomiæ uersat. Sed quō hęc figura dispositionis cæli ad omnē horā haberi possit & planetarū stat⁹ nō est præsentis indaginis per instrumenta: tabulas quoq; atq; canones particulares inueniuntur magisterii iudiciorū eorū. Multipliciter & si depingi soleat figura domorum in præsentis tres cōmunes explicabo: Quarū prima ē figuræ cæli similior & propria: reliquæ uero dis- similes: sed satisfaccere uidentur intentioni & speculationi artificis.



Prima est cum signauerimus duas periferias concentricas: & diuiserimus marginē interclusum in duodecim partes. Secunda si quadratum depingamus in quo crucem signemus: cuius extremorum latitudo tertiam partem costæ quadrati capiat ad quā terminatur: Fit enim hęc crux ex lineis se secātibus diuidentibus totam areā quadrati in nouem quadrata: post hoc quadrata quattuor eorum quæ sunt in angulis quadrati occurrentes diuidamus: habebimusq; partes duodecim circūstantes quadrato medio quattuor quadrata pro cardinibus & octo triangulos pro reliquis domibus. Tertio si gnato quadrato inscribamus quadratū secundū cuius anguli (qui similiter anguli figuræ cæli uocant^r) ad media costarū primi terminentur dextrū sinistrū sursum atq; deorsū: quattuor postea triangulos præcætos per medium separabimus



lin
stan
fo
ca q
figu
in l
aut
pun
te li
prin
ne d
gura
stra
lo se
simi
gura
part
cun
rum
& re
Et a
intel
rio i
que a
misp
quid
mor
rum
nis e
pien
habe
pore
spaci
empl

lin eas rectas ducendo ab angulis primi quadrati ad puncta media co-
 starum secundi. Deinde tertium quadratum signemus in secundo pari-
 formiter ut secundus in primo. Eruntq; formati duodecim trianguli cir-
 ca quadratum tertium qui pro duodecim domibus habentur. Et hanc
 figuram communiter inuenies descriptam & frequentius obseruatam

in libris iudiciorum. In unaq;que
 autem istarum trium figurarum
 punctus orientis statuitur a par-
 te sinistra ut in figura circulari
 principium sit ibi ascendentis si-
 ue domus prima. In secunda fi-
 gura sit in brachio crucis sini-
 stra. In figura tertia sit in angu-
 lo secundi quadrati ex latera co-
 simili. Voco sinistra partem fi-
 gurae a nobis aspecta quae est a
 parte nostra sinistra. Eritq; se-
 cunda domus in qualibet ipsa-
 rum particula inferior sequens
 & reliquae secundum ordinem
 Et a prima usq; ad finem sextae
 intelliguntur esse in hemisphae-
 rio inferiori: & a septima us-
 que ad finem duodecime in he-
 misphario superiori. Inuentis
 quidem principiis ipsarum do-
 morum & ueris locis planeta-
 rum & capitis & caudae draco-
 nis ea in his particulis locantur
 pientes iudiciorum astrorum: &
 habent pro figurae calis & tem-
 pore rei cuius causam in medio
 spacia denotant: Horum uero ex-
 empla in margine respicias.



DE DIVERSITATE DIER VMET NOCTIVM QUAE FIT
HABITANTIBVS IN DIVERSIS LOCIS TERRAE.

Notandum autem q̄ illis quorum zenith est in æquinoctiali cir/
culo sol bis in anno transit per zenith capitis eorum: scilicet quando est
in principio arietis uel in principio libræ: & tunc sunt illis duo alta sol/
stitia: quoniam sol directe transit supra capita eorum. Sunt iterum illis
duo ima solstitia: quando sol est in primis punctis cancri & capricorni
& dicuntur ima: quia tunc sol maxime remouetur a zenith capitis eorū.
Vnde ex prædictis patet: cum semper habeant æquinoctium in anno
quattuor habebunt solstitia: duo alta & duo ima. Patet etiam q̄ duas
habent æstates: sole scilicet existente in alterutro punctorum æquino/
ctialium: uel prope. Duas etiam habent hyemes scilicet sole existente in
primis punctis cancri & capricorni uel prope. Et hoc est quod dicit Al
fraganus q̄ æstas & hyems scilicet nostræ sunt illis unius & eiusdem cō
plexionis: quoniam duo tempora quæ sunt nobis æstas & hyems sunt
illis diuæ hyemes. Vnde ex illis uersibus. Lucani patet expositio. Deprē
sum est hunc esse locum quo circulus alti Solstitii medium signorum
percutit orbem. Ibi enim appellat Lucanus circulum alti solstitii æqui/
noctialem: in quo contingunt duo alta solstitia sub æquinoctiali existē
tibus. Orbem signorum appellat zodiacum: quem medium. id est me/
diatum hoc est diuisum in duo media æquinoctialis percutit: id est diui
dit. Illis etiam in anno contingit habere quattuor umbras. Cum enim
sol sit in alterutro punctorum æquinoctialium tunc in mane iacitur um/
bra eorum uersus occidentem: in uespere uero econuerso. In meridie ue
ro est illis umbra perpendicularis cum sol sit supra caput eorum. Cum
autem sol est in signis septentrionalibus tunc iacitur umbra eorum uer
sus austrum. Quando est in australibus tunc iacitur uersus septentrio
nem. Illis autem oriuntur & occidunt stellæ quæ sunt in xta polos: sicut
& quibusdam aliis habitantibus circa æquinoctialem. Vnde Lucanus
sic inquit. Tunc furor extremos mouit romanus horestas. Carmenosq;
duces: quorum iam flexus in austrum Aether non totam mergi tamen
aspicit arcton. Lucet & exigua uelox ibi nocte boetes. Ergo mergitur
& parum lucet. Item Ouidius de eadem stella. Tingitur oceano custos
erimanthidos ursæ. Aequorea sc̄ suo sidere turbat aquas. In situ autem
nostro nunq̄ occidunt illæ stellæ. Vnde Virgilius. Hic uertex nobis fem

per sublimis at illū sub. pedibz styx atra uidēt manesq; profundi. & Lu
canus. Axis inocciduus gemina clarissimus arcton. Item Virgilius in
georgicis sic inquit. Arctos oceani metuentes aequore mergi.


**QuORVM ZENITH ETS INTER AEQUIL/
NŌCTIALEM ET TROPICVM CANCRI.**

Illis autem quorum zenith est inter æquinoctialem & tropicum can
cri contingit bis in anno q̄ sol transit per zenith capitis eorum quod
sic patet. Intelligatur circulus paralellus æquinoctialis transiens per ze
nith capitis eorum: ille circulus interfecabit zodiacum in duobus locis
æquidistantibus a principio cancri: Sol igitur existens in illis duobus
punctis transit per zenith capitis eorum. Vnde duas habent æstates: &
duas hyemes: quattuor solstitia: & quattuor umbras sicut existentes sub
æquinoctiali. Et in tali situ dicunt quidam Arabiam esse. Vnde Luca
nus loquens de Arabibus uenientibus Romam in auxilium Pompeio
dicit. Ignotum uobis arabes uenistis in orbem. Umbras mirati nemo
rum non ire sinistras. Quoniam in partibus suis quandoq; erant illis
umbrae dextrae: quandoq; sinistrae: quandoq; p̄ perdiculares: quadoq;
orientales: quandoq; occidentales. Sed quando uenerant Romam cir
ca tropicum cancri tunc semper habebant umbras septentrionales.

QuORVM ZENITH EST IN TROPICO CANCRI.

Illis si quidem quorum zenith est in tropico cancri contingit q̄ se
mel in anno transit sol per zenith capitis eorum scilicet quando est in
primo puncto cancri: & tunc in una hora diei unius totius anni est illis
umbra perpendicularis. In tali situ dicitur Syene ciuitas. Vnde Luca

n^o. Umbras nul
q̄ flectente Sye
ne hoc intellige
i meridie unius
diei: & p̄ residu
um totius anni
iacit illis um
bra septentrio
nalis.



QuORVM ZENITH EST INTER TROPICVM
CANCRI ET CIRCVLVM ARCTICVM.

Illis uero quorum zenith est inter tropicum cancri: & circulum arcticū cōtingit q̄ sol in sempiternum non transit per zenith capitis eorum: & & illis semper iacitur umbra uersus septentrionem. Talis est situs noster

Notandum etiam q̄ aethiopia uel aliqua pars eius est circa tropicū cancri. Vnde Lucanus. Aethiopumq; solum quod non premeretur ab ulla. Signiferi regione poli: in poplite lapsō. Vltima curuati procederet ungula tauri. Dicūt enim quidam q̄ ibi sumitur signum æquinoctioe pro duodecima parte zodiaci: & pro forma animalis: quod secundum maiorem partē sui est in signo quod denominat: Vnde taurus cū sit in zodiaco secundum maiorem sui partem: tamen extendit pedem suum ultra tropicum cancri: & ita premit aethiopiam: licet nulla pars zodiaci premit eam. Si enim pes tauri de quo loquitur auctor extenderetur uersus æquinoctialem. & esset in directo arietis: uel alterius signi: tunc premeretur ab ariete uel uirgine: & aliis signis quod patet per circulum æquinoctialem paralellum circumductum per zenith capitis ipsorum aethiopum: & arietem & uirginem uel alia signa. Sed cum ratio phisica huic contrarietur: non enim ita essent denigrati si in temperata nascerentur habitabili. Dicendum q̄ illa pars aethiopiæ: de qua loquitur Lucanus est sub æquinoctiali circulo: & q̄ pes tauri de quo loquitur extenditur uersus æquinoctialem. Sed distinguitur tunc in signa cardinalia & regiones. Nam signa cardinalia dicuntur duo signa in quibus contingunt solstitia: & duo in quibus contingunt æquinoctia. Regiones autem appellantur signa intermedia. Et secundū hoc patet q̄ cum aethiopia sit sub æquinoctiali non premitur ab aliqua regione: sed a duobus signis tantum cardinalibus: scilicet ariete & libra.

QuORVM ZENITH EST IN CIRCULO ARCTICO.

Illis autem quorum zenith est in circulo arctico contingit in quolibet die & tempore anni q̄ zenith capitis eorū est idē cū polo zodiaci

& tunc habent zodiacū siue eclipticam pro horizonte. Et hoc est quod dicit Alfraganus q̄ ibi circulus zodiaci flectitur supra circulum hemisphærii. Sed cū firmamētū cōtinue moueat circulus horizontis intersecabit zodiacum in instanti: & cū sint maximi circuli in sphaera intersecabūt se in partes æquales. Vnde statim medietas una zodiaci emergit supra horizontem & reliqua deprimitur sub horizonte subito: & hoc est quod dicit Alfraganus q̄ ibi occidunt repente sex signa: & reliqua sex oriuntur cum toto aquinoctiali. Cum autē ecliptica sit horizon illorū erit tropicus cancri totus supra horizonta: & totus tropicus capricorni sub horizonte: & sic sole existente in primo puncto cancri erit illis una dies uiginti quattuor horarum: & quasi instans pro nocte quia in instanti sol transit horizonta: & statim emergit: & ille contactus est pro nocte. Fconuerso contingit illis sole existente in primo puncto capricorni. Est enim tunc illis una nox uiginti quattuor horarū: & quasi instans pro die.

QUORVM ZENITH EST INTER CIRCVM ARCTICVM ET POLVM MVNDI.

Illis autem quorum zenith est inter circulū arcticum & polū mūdi arcticum contingit q̄ horizon illorū interfecat zodiacum in duobus punctis æquidistantibus a principio cancri: & in reuolutione firmamenti contingit q̄ illa portio zodiaci intercepta semper relinquitur supra horizontē. Vnde patet q̄ q̄diu sol est in illa portione intercepta erit unus dies continuus sine nocte, ergo si illa portio fuerit ad quantitatem signi unius erit ibi dies continuus unius mensis sine nocte: ad quantitatem duorum signorum erit duorum mensū: & ita deinceps. Item contingit eisdē q̄ portio zodiaci intercepta ab illis duobus punctis æquidistantibus a principio capricorni semper relinquitur sub horizonte: unde cum sol ē in illa portione intercepta: erit una nox sine die breuis uel magna secundū quantitatem interceptæ portionis. Signa autem reliqua quæ eis oriuntur & occidunt: præpostere oriuntur & occidunt. Oriuntur præpostere sicut taurus ante arietem: aries ante pisces: pisces ante aquarium. Et tamen signa his opposita oriūt̄ recto ordine: & occidūt præpostere: ut scorpius ante libram. Libra ante uirginem: & tamen signa his opposita occidūt directe illa scilicet quæ oriēbantur præpostere: ut taurus.

QUORVM ZENITH EST IN POLO ARCTICO.


Illis autem quorum zenith est in polo arctico contingit q̄ illorū ho

hizon est idem quod æquinoctialis. Vnde cum æquinoctialis interfecet
zodiacum in duas partes æquales: sic & illorum horizon relinquit me/
diatatem zodiaci supra: & reliquam infra. Vnde cum sol decurrat per
illam medietatem: quæ est a principio arietis usq; in finem uirginis unus
erit dies continuus sine nocte: & cum sol decurrat in illa medietate quæ
est a principio libræ usq; in finem piscium erit nox una continua sine die
Quare & una medietas totius anni est una dies artificialis: & alia me/
dietas est una nox. Vnde totus annus est ibi unus dies naturalis. Sed cū
ibi nunq; magis. xxiii. gradibus sol sub horizonte deprimatur: uidetur
q; illis sit dies continuus sine nocte. Nam & nobis dies dicitur ante so/
lis ortum supra horizontem. Hoc autem est quantum ad uulgarem sen/
sibilitatem. Non enim est dies artificialis quantum ad phisicam ratio/
nem nisi ab ortu solis usq; ad occasum eius sub horizonte. Ad hoc iterū
q; lux uidetur ibi esse perpetua: quoniam dies est ante q; leuet super ter/
